

C. CORNELII TACITI

44

tit.^a quinquaginta millium spatiū ferro, flammisque peruersat. nō sexus, non etas miserationem attulit; profana simul & sacra, & celeberrimum illic gentibus tēplum, quod Tanfanæ vocabant solo æquātur; sine vulnere milites, qui semisomnos, inermos, aut palantis ceciderant. Excivit ea cædes Bructeros, Tubantes, Vspipetes: saltusque, per quos exercitui regressus, infedere.^b quod gnarum duci: incessitque itineri & prælio pars equitum, & auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio, & mediis impedimentis sinistrum latus vnde uicemani, dextrum quintani clausere: vicefima legio terga firmauit; post ceteri sociorum. Sed hostes donec agmen per saltus porrigeretur, immoti, dein latera, & frontem modicè ad-sultantes, tota vi nouissimos incurrere.^c Turbabanturque densis Germanorum cateruis leues cohortes, cùm Cæsar aduectus ad vicesimanos

¹ Sic lib. 3. hist. Illos effe cam- pos, in quibus abolebat labem prioris ignomi- na, vbi reu- perare gloria- possent.

² Sic Sallust. in coniurâ Ca-til. Attila (Cf-terion) ingens cura, atque le- titia simul ec- cupauere, nam Ixibus uincit liges &c.

Nuntiata ea^d: Tyberium lētitia curaque adfecere, gaudebat oppressam seditionem:^e sed quod largiendis pecunias, & missione festinata fauorem militum quæsiuisset, bellica quoque Germanici gloria angebaratur. Retulit tamen ad senatum de rebus gestis, multaque de virtute eius memorauit, magis in speciem verbis adornata, quām, ut penitus sentire crederetur.^f Paucioribus Drusum & finem Illyrici motus laudauit, sed in-

O B S E R V A T I O N E S .

a Ea demum maxima ultio dici potest, cùm longè lateque omnia ferro, flammisque peruersantur; non sexus, non etas miserationem affert; profana simul, & sacra, ipsaque Deorum immortalium templa, quamvis celeberrima, & augustissima solo æquātur; semisomni, inermes, ac palantes hostes trucidantur.

b Non minus scire debet dux exercitus quid hostes consilij captent, quām que ipse est acturus.

c Densis cateruis parvo negotio leues cohortes turbari consunt.

d Culpa, & flagitium obliterari, & in decus veri possunt recte facti, ac præclaris facinoribus.

e Cùm hæc loco confusis pugnat, danda est opera ut in aperta redigatur.

f Præclaris facinoribus adeò nituntur homines, ut culpe, flagitiisque prioris facile obliuiscantur.

g Non semper letatur princeps ob rem prospere gestam, si per eum gælla est, qui proximus destinatur; hic enim semper suspicetus inimicisque dominabitur, ut ait Tacit. lib. 1. histor.

h Ii principibus non modo esse suspecti, sed & eos angere solent, qui cum proximi desinentur, interim nihil omitunt, quominus sibi concilient fauorem militum, bellicisque laudibus ornentur.

i Etiam laudibus aliquem celebrantes illi detrahimus, si que de illius virtute memoramus, ea ita dicimus, ut homines intelligere velimus, magis in speciem verbis esse adornata, quām ea nos penitus sentire uti prolatâ sunt. Sic in vita Agric. pessimum inimicorum genus laudantes.

k Breuitas sermonis est argumentum animi aperti; longa oratio recti, ac simulati, cui itaque ex animo, vereque fauemus, hunc non verbis in speciem quæstis, sed brevi, eaque fida oratione laudamus.

tentior